UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Exemplvm Sacrae legis piissimi imperatoris Theodosii, aduersus Porphyrium ac Nestorianos, & aduersus Irenaeum Tyriorum episcopum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

Visual Library

Denique ne edicti huius benignitatem pietatemque ignoretis, & vt regum noſtrorum piiſſimorum prouidentiam intelligatis, qua per omnia ſubditis ſuis conſulunt, ac ſoli dignam pro beneficiis cum in ſe, tum in terrarum orbem collatis viciſſitudinem omnipotenti Deo per fidem reddunt: noſtro huic publico ſcripto, vt moris eſt, legem diuino lumine plenam prælucere iuſſimus. cui obſequentes, vos ipſos a pœnis immunes reddetis, pietatique aſſueti in omne futuri ſæculi ſpatium immortalibus bonis potiemini; tanta aſſecuti commoda, quanta imperator legem ferens, & Deus præterea pie cultus tribuere ſolet.

ὡς δ᾽ ἂν γνοίητε τὴν γαληνὴν, τὴν εὐσέβειαν τῶν προστεταγμένων, τὴν πρόνοιαν, ἣν διὰ πάντων τοῖς ὑπηκόοις νέμουσι, τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων, τῶν * μόνων ἀποδιδόντων τῷ κρείττονι διὰ πίστεως ἀμοιβὴν τὴν ἀξίαν τῶν εἰς αὐτούς τε καὶ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταβληθεισῶν εὐεργεσιῶν, τοῦδε ἡμῶν τοῦ προγράμματος, κατὰ τὸ εἰωθὸς, τὸν τοῦ θείου φωτὸς γέμοντα νόμον προλάμπειν προσετάξαμεν· ᾧ πειθέντες, τιμωρίας ἑαυτοὺς ἐλευθέρους καταστήσετε· καὶ εἰς τὸ μέλλον τοῦ μήκους τοῦ παντὸς αἰῶνος εὐσεβεῖν μαθόντες ἀθανάτοις εὐεργεσίαις προσομιλήσετε, τοσαῦτα ὠφεληθέντες ὅσα τε βασιλεὺς νομοθετῶν, θεός τε εὐσεβούμενος πέφυκεν ὠφελεῖν.

*μόνω

ANNO CHRISTI 431.

EXEMPLVM SACRÆ legis piiſſimi imperatoris Theodoſii, aduerſus Porphyrium, ac Neſtorianos, & aduerſus Irenæum Tyriorum epiſcopum.

ΙΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΘΕΣΠΙσματος τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστοριανῶν, καὶ κατὰ Εἰρηναίου τοῦ Τυρίων ἐπισκόπου.

C. XLVII. REGIAM noſtram maieſtatem decere arbitramur, vt ſubditos noſtros de pietate admoneamus. Hac enim ratione futurum ſperamus, vt maiorem quoque Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti fauorem & beneuolentiam nobis conciliemus, ſi & nos ipſi pro viribus illi placere ſtudeamus, & noſtro ſubiectos imperio ad hoc ipſum incitemus. Decernimus igitur, vt quæcumque Porphyrius propria impulſus veſania contra piam Chriſtianorum religionem conſcripſit, apud quemcumque in-

ΠΡΕΠΕΙΝ ἡγούμεθα τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους περὶ τῆς εὐσεβείας ὑπομιμνήσκειν. οὕτω γὰρ καὶ πλείονα κτήσεσθαι τὴν τοῦ θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εὐμένειαν δυνατὸν εἶναι νομίζομεν, ὅταν καὶ ἡμεῖς τὰ κατὰ δύναμιν αὐτῷ ἀρέσκειν σπουδάζωμεν, καὶ τοὺς ἡμῖν ὑπακούοντας εἰς τοῦτο προτρέπωμεν. θεσπίζομεν τοίνυν, ὥστε πάντα, ὅσα Πορφύριος ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ μανίας ἐλαυνόμενος κατὰ τῆς εὐσεβοῦς θρησκείας τῶν χριστιανῶν συνέγραψε, παρ᾽ οἱῳδήπο-

ANNO CHRISTI 431.

τε εὑρισκόμενα πυρὶ παραδίδοσθαι· πάντα γὰρ τὰ κινοῦντα πρὸς ὀργὴν τὸν θεὸν συγγράμματα, καὶ τὰς ψυχὰς ἀδικοῦντα, * οὐδὲν εἰς ἀκοὰς ἀνθρώπων ἐλθεῖν βουλόμεθα. ἔτι θεσπίζομεν, ὥστε τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου * δόξαν, ἢ τῇ ἀθεμίτῳ αὐτοῦ διδασκαλίᾳ ἀκολουθοῦντας, εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν, ἢ κληρικοί, τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν ἐκβάλλεσθαι, εἰ δὲ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι, κατὰ τὰ ἤδη νομοθετηθέντα παρὰ τῆς ἡμετέρας θειότητος· ἐξουσίαν ἐχόντων τῶν βουλομένων ὀρθοδόξων, τῶν ἑπομένων τῇ εὐσεβεῖ ἡμῶν * νουθεσίᾳ, δίχα φόβου καὶ βλάβης δημοσιεύειν αὐτοὺς, καὶ ἐλέγχειν. ἐπειδὴ δὲ ἦλθεν εἰς τὰς εὐσεβεῖς καὶ θειοτάτας ἡμῶν ἀκοὰς, ὥς τινες διδασκαλίας τινὰς συνέγραψαν καὶ ἐξέθεντο ἀμφιβόλοις, καὶ οὐκ ἀκριβῶς συμφωνούσας τῇ ἐκτεθείσῃ ὀρθοδόξῳ πίστει παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τῶν συνελθόντων ἐν Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἁγίων πατέρων, καὶ Κυρίλλου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης, τοῦ γεγονότος τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου, κελεύομεν, τὰ μὲν γεγονότα τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ καὶ πρὸ τούτου, ἢ καὶ νῦν, ἐμπιμπρᾶσθαι, καὶ τελείῳ ἀφανισμῷ παραδοθῆναι, ὥστε μήτε εἰς ἀνάγνωσίν τινος ἐλθεῖν· τῶν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα, ἢ βιβλία, ἔχειν καὶ ἀναγινώσκειν ἀνεχομένων, τὴν ἐσχάτην τιμωρίαν ὑφορωμένων. τοῦ δὲ λοιποῦ, μηδενὶ ἐξεῖναι, παρὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἔν τε Νικαίᾳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ, λέγειν τι ἢ διδάσκειν.

* οὐδὲ * πίστιν, * νομοθεσίᾳ,

uenta fuerint, igni tradantur: ſiquidem omnia ſcripta, quæ diuinam iram prouocant, & animas lædunt, ea ne ad aures quidem hominum peruenire volumus. Decernimus etiam, vt quicumque impiam Neſtorii * opinionem æmulantur, vel nefariam eiuſdem doctrinam ſectantur, ſiquidem epiſcopi, aut clerici fuerint, ex ſacris eccleſiis expellantur; ſin vero laici, anathematizentur, prout iam quoque a ſacra maieſtate noſtra lege cautum eſt. Omnibus præterea orthodoxis volentibus, qui piam hanc noſtram * admonitionem ſequuntur, poteſtatem facimus, vt huiuſmodi homines citra vllũ metum, vllumve damnum publice diuulgent atque redarguant. Quoniam vero ad pias ac ſacras noſtras aures peruenit, a nonnullis doctrinas quaſdam conſcriptas & editas fuiſſe ambiguas, & non plane & aperte conſentientes cum orthodoxa fide expoſita a ſancta Synodo ſanctorum patrum Nicææ & Epheſi congregatorum, & a piæ memoriæ Cyrillo magnæ Alexandrinorum vrbis quondam epiſcopo: mandamus vt huiuſcemodi ſcripta, ſiue antehac, ſiue hoc quoque tempore compoſita fuerint, comburantur, ac prorſus aboleantur, vt nullo modo cuiquam ad legendum ſuppetere poſſint: illis qui eiuſmodi ſcripta aut libros apud ſe habere ac legere auſi fuerint, extremum ſupplicium formidantibus. In poſterum vero nemini licere volumus, præter fidem, vt diximus, Nicææ & Epheſi expoſitam, quidquam dicere vel docere.

* fidem * ſanctionem

Anno Christi 431.

Qui vero ſacrum hoc noſtrum decretum violauerint, non dubitent eamdem ſe pœnam incurſuros, quæ in lege contra impiam Neſtorii fidem lata continetur. Vt autem omnes experimento diſcant, quantopere maieſtas noſtra impiæ Neſtorii fidei zelatores deteſtetur, ſtatuimus vt Irenæus, qui hac de cauſa noſtram indignationem olim incurrit, & poſtea, neſcio quomodo, poſt ſecundas nuptias, ſicuti accepimus, contra apoſtolicos canones Tyriorum vrbis epiſcopus creatus eſt, a ſancta quidem Tyriorum eccleſia expellatur, priuatus autem in patrio tantum ſolo degat, habitu & nomine ſacerdotis prorſus exutus. Magnificentia itaque tua noſtræ pietatis propoſitum ſequens curet hæc obſeruari, & ad finem perduci.

1. Tim. 3.

EDICTVM PROPOſitum a præfectis cum ſacra pragmatica, aduerſus Porphyrium, & Neſtorium, & Irenæum.

Cap. XLVIII.

PIISSIMVS imperator noſter cum probe nouerit, orthodoxam religionem eſſe, qua leges & reſpublicæ ipſæ conſiſtunt, ſuo edicto omne ſemen impietatis abſtulit; eos quidem qui ea laborant, moderata caſtigatione ſanans; viam vero bene viuendi omnibus indicans. Qualia ergo aduerſus libros Porphyrii, quos ille contra ſanctam Chriſtianorum religionem compoſuerat, nec non contra illos, qui

δηλαδὴ τῶν παραβαινόντων τοῦτο ἡμῶν τὸ θεῖον θέσπισμα, τῇ ἐγκειμένῃ τιμωρίᾳ τῷ ἐκπεμφθέντι περὶ τῆς δυσσεβοῦς πίστεως Νεστορίου νόμῳ, ὑποβαλλομένων. ὥστε δὲ πάντας τῇ πείρᾳ μαθεῖν, ὡς ἡ ἡμετέρα θειότης ἀποστρέφεται τοὺς ζηλοῦντας τὴν ἀσεβῆ Νεστορίου πίστιν, θεσπίζομεν, Εἰρηναῖον, ὅστις πάλαι διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην παρ' ἡμῶν ἀγανακτήσει ὑποβληθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο, οὐκ ἴσμεν ὅπως, μετὰ δύο γάμοις, ὡς μεμαθήκαμεν, παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας, τῆς Τυρίων πόλεως γεγονότα ἐπίσκοπον, τῆς μὲν ἐν Τύρῳ ἁγίας ἐκκλησίας ἐκβληθῆναι, ἐν δὲ τῇ αὐτοῦ μόνῃ πατρίδι διάγειν* ἡσυχάζοντα, παντελῶς τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ ἱερέως ἐστερημένον. ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ μεγαλοπρέπεια, ἀκολουθοῦσα τῷ σκοπῷ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας, παραφυλάξαι, καὶ πέρας παραδοῦναι σπουδάσει.

* ἡσυχάζοντι παντελῶς,

ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΠΡΟΤΕΘΕΝ παρὰ τῶν ἐπάρχων, μετὰ τοῦ θείου πραγματικοῦ, κατὰ Πορφυρίου, καὶ Νεστορίου, καὶ Εἰρηναίου.

ΚΑΙ νόμων, καὶ αὐτῆς τῆς πολιτείας σύστασιν εἶναι τὴν ὀρθόδοξον θρησκείαν, καλῶς δοκιμάσας ὁ θειότατος ἡμῶν αὐτοκράτωρ, διὰ ἰδίου θεσπίσματος πᾶν ἀσεβείας ἀνεῖλε σπέρμα· ἰώμενος μὲν διὰ σωφρονισμοῦ συμμέτρου τοὺς ταύτην νοσοῦντας, ὁδὸν δὲ εὐζωΐας πᾶσιν ὑποδεικνύς. οἷα τοίνυν* κατά τε τῶν βιβλίων Πορφυρίου, τῶν κατὰ τῆς εὐαγοῦς τῶν χριστιανῶν θρησκείας συγγραφέντων, καὶ

* δεῖν